



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, Tractatus
Tres spirituales**

Arias, Francisco

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Cap. 2. De nominibus varijs, quibus in sacris litteris commendatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59574](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59574)

MORTIFICATIONE. 189

*mus in terris, erit illi cælesti-vita simile
Et cum illuc ex his vinculis emissi fere-
mur, minus tardabitur cursus in orit.*
Hucusq; Tullius. Vndeliquet, quã ra-
tioni naturalicõforme sit mortificatio
nis exercitiũ, quãtaq; sit Euãgelicæ ve-
ritatis maiestas, cũ maximũ, ad q̃ Ph. lo-
sophi ingenij sagacitate peruenerũt sit
instar minimæ vmbrae, si cõparetur cũ
copiosissima luce, qua nos per Christũ
in hac materia illustrati sumus. Quare
& ampliores gratias Deo opt. Max. der-
bemus pro tãto beneficio, q̃ mysteriũ
hoc per fidei doctrinã tã perspicuè, tã-
quã infallibili certitudine didicim?

CAPVT II.

*De nominibus varijs, quibus mortifica-
tio in diuinis litteris commendatur.*

Diuinæ scripturæ cõsuetudo est, vnã
eãdẽq; rẽ, si admodũ salutaris sit &
necessaria ad salutẽ, multis varijsq; ap-
pellare nominib; itaq; & mortificatio
nis virtutẽ, quã cõstat esse vtilissimã &
saluberrimã nõ vno nomine expresse-
rit. Nã vt omittã nomẽ ieiunij, de quo iã
dictũ est, vocat eã primò *Odiũ suũ*. Ioan. 18.
*Qui odit animã suã in hoc mũdo, inuitã
eternã custodit eã. Vbi animã Christi*

L. 2.

VOCAL. 189

187 TRACTATUS DE SVI

partem inferiorem hominis sentientē,
ipsamque vitam carnalem, ex vnione
animæ cum corpore resultantem. Hęc
ergo animam qui odit, non quoad na-
turā, quæ bona est, sed quoad carnales
& vitiosos affectus, eam in vitam æter-
nam custodit. Qui odit aliquem, ei ne-
gat bonum, quod vellet, & malum co-
fert, quod nollet. Sic, qui odit partem
sentientem & carnalem, quæ omnium
prauarum cupiditatum seminarium est,
negat illi commoda & voluptates car-
nales, quas inordinatè expetit, subtra-
hendo cibum, ludos, recreationes, capi-
castigat cilicij, disciplinis, alijsque pe-
nis, quas naturaliter odit. Et quoniam
hac sancta exercitatione homo peccati-
sentiam agens animam purgat à vitijs,
& locupletat virtutibus & vitæ æter-
næ meritis, non modò quoad partem
intelligentem, sed etiam sentientem i-
psius corporis, quod resuscitabitur glo-
riosum; idcirco Dominus dicit, eum, qui
in hunc modum odit vitam suam, cu-
stodire eam pro vita æterna, hoc est, ratio
afficere bono, quo maius in hac vita
dari non potest.

SECUNDO eam appellat *Abnegationem*

MORTIFICATIONE. 182

tionem, vt cum Christus dixit. *Si quis Luc. 9.*
vult post me venire, abneget semetipsū.
& tollat crucem suam quotidie. & se-
quatur me. Iūc abnegamus aliquem,
cum ab illo nos separamus, cum nihil
facimus, eiusque voluntati parere no-
lumus. Abnegat ergo semetipsum se-
cundum dictum Christi, qui propriae
voluntati, sua tantum comoda que-
renti, & parti animę sentienti, quę tan-
tum se cętat quę carni placent, omni-
nō renuntiat, ac ideo nec prosperis re-
bus carni cedētib; exultat, nec aduer-
sis deijcitur, sed tantum laborat, vt
diuinę voluntati obsequatur, vt bene
declarat B. Basiliius. *Abnegatio sui, in* *Basi in reg.*
quiens, aliud non est, quam pręterita suis disp.
vitę obliuio, & propriarum cupiditatū quęst.
depulsio. Obliuionem appellat omniū
rerum mundanarum contemptum:
ipsa autem cupiditatum propriarū de-
pulsio vel compressio nō est aliud, quā
ipsa mortificatio.

VOCAT deinde *Crucē*, secundum *Matth. 10.*
illud dictum Christi. *Qui non accipit*
crucem suam, & sequitur me, nō est me
dignus. Sed duplex est *crux*: Vna, quę
conficitur ex materia mortua ligni, vel

13 metalli,

183 TRACTATUS DE SVI

metalli, quæ est effigies sãtissimæ cru-
cis. Hæc deferre & venerari rãquã ima-
ginem Christi in ea crucifixi, nõ est illi
Christiano admodum difficile, & ideo
nũc de hac cruce sermo nõ est. Alia est
ergo crux viua, hæc est, quæ in materiã
viuã, nempe carnem & animã nostrã
imprimitur, quæ cõsistit in perfe-
ctis rebus asperioribus, ad imitandum
Christum saluatorem, & hæc nomine
mortificationis cõinetur. Verũm nõ
tãdum est hanc crucẽ nonnũquã pro-
fus esse inuoluntariã, & tunc ea homo
nõ se mortificat, sed potius ab alio mor-
tificatur, nec tũc accipit crucẽ, sed potius
fugit. Quãdo autẽ volũtaria est, hoc
est, quãdo homo spõ è in se suscipit, &
inclinacioni naturali sũt aduersa, vt pe-
nitẽtias & opera caritatis, in quibus tot
opẽs sũt labore & paciẽtia, tũc verẽ mor-
tificat se, & crucẽ amplectitur. Eodẽ ge-
nerẽ morbi à causa etiã naturali orti-
tũ, si illa æquo animo tolerẽtur, tan-
quã è manu Dei profecta, qui primus
est omnũ malorũ penẽ auctor. Merito
autem mortificatio non è crucis sibi
vẽdicat; Quemadmodũ enim cruci af-
fixus

MORTIFICATIONE. 184

fixus non potest nec manus, nec pedes
mouere; sic qui se mortificat, nō potest
commouere sensus, aliasque facultates
partis sentiētis, secundū illius partis cu-
piditates, sed tā'um secundum volun-
tatē Dei, præcepto; ūq; & consiliorum
diu; norū. Atq; hoc est quod Paulus ip-
se de se cōfiteatur dicens: *Christo confi-* *Gal. 2.*
sum cruci; hoc est, ad imitationē &
similitudinē Christi. Vnde mox subij-
cit. *Viuo ego, s̄ nō ego, viuit verò in me*
Christus. neq; .n. in desiderijs & actio-
nib; suis excedis cupiditates suas, sed
sō' à Christi volūtate duxē sequebarur.

Mortificationis quoque necessitatē
Christus expressit nomine violentiæ
dicens: *Regnum caloriū vim patitur,* & *Matt. 23.*
violenti rapiūt illud violentiā inferre
alicui, est facere cōtra inclinationē eius
naturalem, vt cū saxum projicitur sur-
sum, aut aduerso flumine navigatur.
Natura nostra per peccatum corrupta
aspirat ad honores & voluptates: si quis
ergo eam ad contemptum sui, & dura
perferenda inflectat, vim ei inferre di-
citur. Quē idmodū autē causa natura-
lis, si ab homine contra inclinationem
naturā' moueatur, dicitur vim passa:

secus, si à Deo. (omnes enim res creatæ
 præter inclinationem particulare, ven-
 dicant sibi aliam quãdam aptitudinẽ,
 quam vocant, potentiam obedientia-
 lem, qua sponte parèt imperio sui crea-
 toris, vt patuit olim mare rubrum &
 Jordanis in transiũ filiorum Israel) sic
 mortificationis exercitium, si respecta-
 mus ad inclinationem nature corrup-
 tæ hominis, violentum quidem dici
 poterit, sed non item, si ad voluntatem
 liberam eiusdem cum voluntate & cõ-
 silio diuino se conformantem. tunc
 enim consentit cum inclinatione super-
 naturali vnctiõne gratiæ spiritus sancti
 animo indita, quæ facit, vt sine diffi-
 cultate, imò cum gaudio suslineatur
 quæ nature erant difficillima. Id signi-
 ficauit Isaias propheta, cum variatõ-
 nis de Christo dixit. *Erit in nouissimis*
diebus preparatus mons domus Domini
in vertice montium, & eleuabitur super
colles, & fluent ad eum omnes gentes.
 Mons hic Christus est, sanctitate om-
 niq; virtute ornatissimus supra om-
 nes sanctos, ad quem conuertendæ e-
 rant omnes gentes, sicut reuera cõuer-
 sæ sunt omnes præcipuæ nationes mû-
 di

Isa. 2.

MORTIFICATIONE. 136

di haftenus cogniti, & postò conuer-
tentur, quæ recēter innotuerunt. Dum
ait, montem eminere in vertice mon-
tium, indicat non sine violentia & la-
bore patēre aditum ad superandum ce-
li & mandata diuina perfectè custodi-
ri non posse, nisi vim naturali inclina-
tioni interamus. Dum autem addit, o-
mnes gentes instar fluminum fluxu-
ras ad eum, significat, qua facilitate &
suauitate, nempe à diuina gratia im-
pulsæ, sint montem conscensuræ.

PRÆTER hæc nomina diuina
scriptura tribuit mortificationi etiam
appellationem spiritualis circumcisio-
nis; vt apud Ieremiam, dum ait. *Hæc Ier. 4.*
dicit Dominus viro Iuda, & Hierusa-
lem Circumcidimini Domino, & aufer-
te præputia cordium vestrorum viri Iu-
da & habitatores Hierusalem. In cir-
cumcisione abscindebatur particula
carnis penè superflua, & ad vitam hu-
manam parum necessaria, idq; fiebat
tantum in lege veteri ex mandato Dei.
At in mortificatione, non solum à cor-
de humano rescinditur, quod est super-
fluum sed etiam quod est quodam-
modo

127 TRACTAVS DE SVI

Rom. 8.

modo necessarium, nec enim tantum homo per eam priuat se illicitis, sed etiam licitis, & quasi necessarijs, ad id diuina voluntate & consilio permotus. Hæc enim circumcisio est cordis & spiritus, cuius, vt loquitur Apostolus, *latus non ex hominibus sed ex Deo est.* Hæc de nominibus Mortificationis sufficienter restat, vt afferamus rationes quibus efficaciter hoc exercitium nobis persuaderi queat.

CAPVT. III.

Quàm gratum sit Deo exercitium mortificationis.

Multæ, eæq; grauissimæ rationes, ut, quæ hominem comouere possunt, ad cupidam plenitudinẽ Mortificationis propriè dictæ exercitiũ. Prima & principalis est, quod Deo sit multò gratissimũ. Et si enim Deus non amet pœnas nostras, qua pœnæ sunt, amat tamen, qua nobis sunt salutaris, & ad gloriam diuinæ maiestatis promouendã conducunt. Et quãuis mortificatio sit afflictio sponte ab homine suscepta,